



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

LXXXV. Markgraf Woldemar vereignet dem St. Thomasaltare der Kapelle
bei der Domkircche in Stendal Getreidehebungen in Dornstedt, am 1. März
1315.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

predicta sitos, contulimus pro tempore vite utriusque redditualiter possidendos, Cuius avene XXXIII modii sunt in manso, qui dicitur mansus illorum de Rochowe et tres modii in manso dotis. Item predicti quatuor modii tritici siti sunt in predicto manso scilicet illorum de Rochowe. De quibus bonis predictos Clericos ex parte nostri, heredum nichilominus et proheredum per ratihabitionem congruam volumus sufficienter coram quibuslibet warandare. Pro quorum recognitione sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Testes huius collationis sunt honorabiles viri Egelbertus Castel Rodolphus de Bismarc, Henricus Scepelliz scriptor monetarii, Johannes Crempcowe junior et alii quam plures fide digni, Quibus fides noscitur non inmerito impendenda. Datum *) anno domini millesimo CCC. quarto decimo.

LXXXV. Markgraf Woldemar vereignet dem St. Thomasaltare der Kapelle bei der Domkirche in Stendal Getreidehebungen in Dornstedt, am 1. März 1315.

Nouerint vniuersi, ad quos latum fuerit presens scriptum, Quod nos woldemarus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, propter deum et ob salutem animarum nostre nostrorumque progenitorum et Successorum, dedimus et per presentes litteras damus libera mente proprietatem dimidii chori siliginis et dimidii chori ordei in villa Dornstede iacencium Altari beati Thome, sito in Capella apud beatum Nycholaum in Steindal. Et ne huiusmodi nostrum factum contingat ab aliquo in posterum irritari, nostro sigillo muniri iussimus presens scriptum, perpetuis temporibus duraturum. Testes autem ad hoc vocati sunt Slotheko prepositus Dyminensis, Bartholdus Schenke, Redeko de Redere, nostre Curie marscalcus, cum aliis pluribus fide dignis. Actum et datum Tangermunde. Anno domini M^o. Trecentesimo XV^o. Sabbato ante dominicam letare proximo.

LXXXVI. Markgraf Woldemar vereignet den Domherrn der Hebung von zehn Schillingen von einem Hofe zu Buchholz, am 28. März 1316.

In nomine Domini amen. -- Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie marchio, presencium forma recognoscimus litterarum, Quod cum Ecclesia sancti Nicolai in Stendal eiusque canonici comparauerint in proprietate sua et villa Buccholte Redditus Decem solidorum dimidii chori ordei et dimidii chori siliginis situatos super curia Reyneri, cuius in eadem villa, Eorundem Redditum proprietatem donamus et concedimus, Abrenunciantes omni juri, quod in eisdem bonis habere et habuisse dinoscimur, dantes supremum jus eiusdem curie et bona predicta cum pleno jure canonicis ecclesie antedictae possidenda et habenda, justo proprietatis titulo cursibus temporum sempiternis. In cuius rei testimonium Auctorizatum cum nostro sigillo euidenter dedimus presens scriptum Sub testimonio bartholdi schenken, Gherekini de kercow militum et Domini Segeri prepositi Ecclesie eiusdem nostri capellani. Datum Tangermundis Anno Domini Millesimo Trecentesimo Sextodecimo, Dominica Quadragesime Judica, per manus Domini Euerhardi nostri prothonotarii.

*) Der Ort der Ausstellung ist im Originale nicht angegeben, sondern Platz zur Angabe desselben gelassen.